



Houanus

Catalogus disertt.

I. S. Semler.

1. Officij Super 2 Timoth. III. et III.
2. Sectionis VI. conciliū Trident. exemplum.
3. De Regeneratione monastica.
4. de prestantia theos-aeromantica pro se
dicta biblica.
5. de infelicitate nonnum praeſenti.
6. de Christi ad Albarum epiftola.
7. de imagine diuina in humana ſpi natura.
8. de mysticarum interpretationum ſtudio.
9. Antiquitatum hermeneuticarum ex Tertull. ſpecl.
10. de tempore quō ſcripta fuere epiftola Pauli
ad Galatas.
11. Abantigabot fuere, de quib⁹ agitur Act. XIII. 5
12. de propagata per Apoftolum inter Germanos
ref. Chrif.
13. de diſcrimine noſionum vulgarium et
christianorum in libro A. T. obſervando.
14. In Mathe. I. 17.
15. de cauenda moleſta ſedulitate ſacra.
16. In Luk. I. Gabrielum Spiriſ. non agere.
17. Iefum Christianum eſt Paulus auctoſ verum
Ieum et oīum hominem. dif. II.
18. Illustratio antiqui carmineſ ea euangelio
Hebraeorum.
19. de vario et impario oīerum ſtadio in recolita
da hitoria defensat ad inferiora.
20. Spiritum ſi recte deforbi personam.
21. de ſenſoribus et euangelio Hebraeorum.
22. de diſcrimine inter ſenſores et illęquetat.

II. D. A. Noſſelt.

23. Singulareſ propriatieſ diuina in pace
religionis reſtituſ.
24. de diſcernendo propria et tropica dictione.
25. de Catenaſ patrum grecorum in nouam.
26. in 1. Pet. II. 20 et 27.
27. inſpir. cantioſ anglica Luc. II. 14.
28. de Christo homine regnante.
29. Iuam auctoritatē diuinā reliquit Christi
conformis ſequi majoribus legiſtatione
kinetica.
30. ad Hebr. II. n.
31. in 2 Cor. III. 17.
32. ad Num. XXIII. 17.
33. in Joh. XII. 20-23.
34. de vera vi nominis filiorum dei.
35. In 2 Thessal. II. 1-12.
36. In Joh. XII. 1 - 16.
37. In Joh. XII. 17 - 17. 23.
38. Cuius in hoc libri uol. N. 31. - T. 46.
T. 8 Quodlibet 2 Cor. II. 6.

N. 129.
1.

32
ACADEMIAE FRIDERICIANAE
PRORECTOR

CAROLVS FRIDERICVS PAVLI

IVRIS AC PHILOSOPHIAE DOCTOR,

PHIL. ET HISTORIARVM PROFESSOR P. O.

ALVMNORVMQVE HALBERSTADIENSIVM EPHORVS

C V M

D I R E C T O R E

E T

SENATV ACADEMICO
SOLLEMNITATEM

DIEI NATALIS

DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI

RELIGIOSE CELEBRANDI

ACADEMIAE CIVIBVS

I N D I C I T.

Praemittitur commentatio de stella ex Iacobo oriunda, ad
Numer. XXIIII, 17.

HALAE,

TYPIS HENDELIANIS.

ACADEMIAE FRIEDERICIANAE

я от эзоя п

CAROLAS FREDERICAS RAVI

1912 AG PHILADELPHIA DOCTOR
WITH THE HISTORICAL LIBRARIAN SOCIETY

Э Я Т О Д Я Г

SEMINATI ACADEMICO

S O L I M A T T A

D E I M A T A T A

D E I N D E I S A C H R I S T I

ГАДЫЧЕВО ВОЛОДЯ

YACADEMIYA CIAYHAA

卷之三

Natura, XIII, 15.

ЗАДАНИЯ
ДЛЯ УЧЕБЫ И ПРАКТИКИ

Granissime nos admonet veritatis euangelicae primus inter ethnicos testis, Paulus, ut attendamus ad varios modos, quibus sapientissime usus est Deus, ut voluntatem suam humano generi patescere. Ita vero ille ab inicio sua ad Hebreos epistolae: Πολυεργός καὶ πολυτέλπως πάλαι ὁ Θεὸς λέγεται τοῖς περιστοῖς ἐν τοῖς προφήταις, ἐπίσχυσαν τοῖς ἡμερῶν τοῖς τόποις ἡμῖν εν Τιῷ. Merito inter maxima beneficia a Deo in nos collata censetur illud quod per Filium suum nobis exhibuit, quem non modo reparandae salutis nostrae voluit esse auctorem, sed etiam totius generis humani doctorem. Grata mente recolenda est memoria tanti beneficii, cuius magnitudinem ut recte aestimemus, meminisse iuabit superiorum temporum, quibus Deus per Prophetas loquitur est ad homines. Magnus quidem a Moysi usque ad Iohannem est eorum numerus, quos Deus iustis voluntatis suae esse interpretabat. Grauiissimas quoque illi praedicarunt veritatem, quibus imbuendus erat hominum animus, antequam salus, cuius iacturam feceramus, per Christum separaretur. Sed haec erant quasi prima initia eius quod per ipsum Dei Filium praestari debebat. Per eum tandem gratia nobis redditum est, & veritas, ut Iohannes in Euangelio suo testatur c. 17. Dei Filius unigenitus, cum homo esset factus, plene & perspicie nobis exposuit voluntatem Patris sui. Aptissimo itaque nomine Lux vocatur (Ioh. I.4. 5.-9. VIII. 12.), sua enim luce non modo mentem nostram illustrat, sed tenebras quoque dispellit, quibus plurima Veteris Testamenti vaticinia erant involuta. Ex multis vniuersitatem eligimus locum, ex quo satis intelligi poteris, quantum in interpretando Veteris Testamento nos adiuvet lux Euangelii. Locus iste exstat Numer. XXIV. 17.

Vltimi, quod Bileamus protulit, oraculi partem constituit Comma illud decimum septimum, cuius hanc praemittimus interpretationem: *Video illud, non autem nunc: prospicio illud, sed non propinquum. Procedet stella ex Iacobō, & orietur superum ex Israēl, quod feriet duces Moabi, & eruet omnes filios clarionis, & superbos.* Haec cum a Bileamo pronuntiata sint audentie Balako, Moabitarum rege, qui illum, ut Israēli dira precaretur, iniunauerat, paratuinque ad hoc negotium cognoverat, dubitari non potest, quin Balakus probe intellexerit, Deo ita moderante haec a Bileamo esse prolata. Immo ex Commate decimo quarto colligi potest, Bileamum inuito Balako ad hoc ultimum vaticinium proponendum accessisse. Nam enim Balakus abire iussert eum, vt Commate undecimo legimus, Bileamus vero, priusquam rediret, hoc sibi adhuc reliquum esse declarabat, vt admonereret.) Regem de satis quae populo

X 2

moabi-

*) Multi quidem יְהוָה Commate 14. interpretantur *consulam*, scilicet consilium subministrabo tibi: sed parum apte. De consilio enim, quod in pernicem fratellarum

moabitico, aliisque ecclesiae hostibus imminerent. Utque intelligerent omnes qui Prophetam audiebant, de re futura eum oracula pandere, diuino afflatus Numine quasi in medianam rem deducit auditores suos, & orationem suam orditur a verbis illis *Video illud, non autem nunc; prospicio illud, sed non propinquum.* Rem itaque innuit, quae, et si post multa demum secula esset evenitura, pro certissima tamen haberi deberet. Suffixum quod inest in utroque Verbo אָרֶנְתָּא & אֲשֹׁוֹרְוָדָה, sive ad Personam referas, sive ad rem quam propinquam esse dicit Propheta, perinde erit. Praeuidit Propheta laetissimos illos dies, quibus Ecclesia de omnibus inimicis suis prostratis sibi esset gratulatura. Video, inquit, illud, h. c. ita aliquando fore, Deus me docuit, adeoque non dubito quin tempore suo ita futurum sit, eti nunc non videam, seu non sit propinquum, ut ipsemet verba sua interpretetur.

Quae cum praefatus esset Propheta, fieri non potuit, quin omnes qui ita loquentem audiuerant eum, scire cuperent, quae sit res illa, quam post longissimum temporis spatium evenuturam esse dixerat. Pergit itaque, *Procedet stella ex Iacobo, & orietur sceptrum ex Iisraele* cet. Oraculi huius generallor sensus erat satis apertus, fore nimurum, ut Moabitarum hostes aliquando subiicerentur populo Dei. Quae autem esset stella ista, & quo sceptra tenente hostes suos debellatur essent Israëlitae, aliqua videbatur laborare obscuritate. Et adhuc disputant Interpretes, quos in duas praeципue sententias abire videmus. Antiquissimi tantum non omnes Messiam in hoc oraculo inuenierunt: quae interpretandi ratio etiam nostro tempore non paucis probatur. Alii putant, Danidem esse eum de quo vates loquuntur. Nos liberum Lectori eruditio relinquemus iudicium, si antea probauerimus, vtramque posse conciliari sentiantur.

Non quidem antiquitate vel auctoritate stabimus, — haec enim quid invant praeficia, si orationis serie, vsu loquendi, locis similibus, & quae sunt reliqua iostae interpretationis adminicula, non firmentur? — at vero hoc mirari posset aliquis, ea quoque Sacrae Scripturae oracula subinde pro ambiguis & dubiis venditari, de quorum vero sensu probatissimi superiorum temporum Interpretes non temere, sed caute recteque iudicaverant, argumentis vni, quae etiam nostro tempore ab illis qui in alia omnia abeunt, non pro leuibus habentur, si forte illis in rem suam uti possint. Exemplo erit locus de quo iam disputamus. Interpretum quos tulit antiquitas, plurimi ex Orationis dispositione & nexus, ex genio linguarum Orientis, & ex loco simili Gen. XLIX, 10. praefidia petiuerunt

litarum Bleamus dedit Mosbitis & Midianitis (conf. c. XXXI. 16.) hoc loco non esse fermone, ex virtutis verbis Commissis 14. latius aperatum esse putamus. Mallemus itaque Verbo וְיַעֲשֵׂה hoc loco significacionem declarandi vel monendi vindicare. Eodem sensu Arabes videntur Verbo בְּזַה admonere aliquem de eo quod futurum est.

runt non omnino contemnda ab eo qui de interpretationis veritate ex idoneis velit indicare argumentis. Nihil iam dicimus de iis qui antiquissimo tempore vel sacros V. Test. libros in alias Orientis linguis transtulerunt vel sensum eorum liberiori oratione complexi sunt; inter quos haud pauci inueniuntur, qui locum istum de Messia interpretari non haesitarunt. Nam vero, si quaeritur, restene hi omnes viderint, an non, multis iam videntur obtusam habuisse oculorum aciem. Forsan a recto nonnulli aberrarunt tramite, si ad Messiam eiusque regnum vnde retulerunt illustre hoc vaticinium: sed ab argumentis, quae Orationis finis & dispositio, linguae indoles, & similitudo aliorum locorum subministrare possint, plane desitui istam interpretationem, id quidem non videmus. Immo potius aliquid veri in ea inesse aequis arbitris probari posse putamus, modo non omnis ad externum ecclesiae statum relatio abesse inbeatetur. At vero, si Cl. VERSCHVIR *), & qui cum eo sentiunt, audiamus, plane fieri non potest, ut cum tota orationis serie & linguae hebraicae ingenio concilietur ista interpretandi ratio. Grauis accusatio. Grauior autem est alia, quae sensum istum Christo parum dignum, immo indignum esse statuit. Priorem vt probent, provocant ad Comma decimum quartum, ex quo apparere dicunt, de re futura loqui votum nostrum. Hoc quidem negari non potest, sed de eo non disputatur. In hoc potius versatur quaestio, ad quem pertinet id quod Propheta praedixit. Ad alteram accusationem quod attinet, scilicet argumentum huius vaticinii persona Christi minus dignum esse, quam leui illa nitatur fundamento, infra probabitur.

Iam videamus, quae sit *stella ista proditura ex Iacobō*, & quid statuendum de *sceptro oriturō ex Israēl*? Vtramque phrasin coniungendam esse hoc in loco recte viderunt Interpretes plurimi. Hanc nos etiam amplectimur sententiam, adeoque voci כָּבֵד hoc in loco impropriam vindicamus significacionem: quam vt admittamus postulat sequens טְבִיבָה sceptrum, quod ex omnium consensu hoc loco idem est cum greco nomine σταυρός. Stella itaque ex mente Prophetae non potest aliud quid innuere quam Personam aliquam illustrem **). & quidem Regem: vt cum Talmude Hierosolymitano Jonathan & Onkelofus haud male interpretantur. Elegantem esse hunc Tropum & bono cuique Scriptori familiarem, norunt, qui graecos latinosque verfarunt Auctores. Miramur, GRÖTIVM, qui alias in hoc literarum genere egregie adiuvit interpretem V. Test. nihil quod hanc vocis כָּבֵד significationem possit illustrare, attulisse, praeter pauca ista verba „Sidera vocantur viri illustres.,

() 3

CLERI

*) in prima Dissertationum philologico -exegetarum, quae Leovardiae & Franciae a. 1773. prodierunt.

**) Huic interpretationi conueniens est Verbum קָדֵם, in quo pariter ineft Tropus. Ita quoque VIRGILIVS (Elog. IX. 47) „Ecce Dionai processit Caelastrum, „ LXX. habent αὐτοὺς. Conf. Luc. I. 28.

CLERICVS (in Observat. adol. II) adduxit vnum alterumque ex bonis Latini
& Graeciae Scriptoribus exemplum, praeferimus autem esse videmus vnum
ex praefatis quod legere meminimus in HOMERO (Iliad. X. 25-28.)
vbi Achilleum comparat cum bella quae radii suis dispellit noctis tenebras.
Nec absurde videtur locus ex VIRGILIO (Aen. XI. 349.) vbi queritur
Dianos, Tuini superbia lumen est fulmen, quoq[ue]cunqueq[ue]cunqueq[ue]
lumen tot cecidisse ducum.

Hactenus de vi vocis ☽ in genere. Cum autem duas stellarum species commemoretur ab antiquissimis Scriptoribus, quarum unam *feralis* fide-
ris (Cometen dicunt) alteram *benigni* nomine distinguit, quanam hoc in loco
intelligenda sit species, videndum erit, primumque innotescere quaestio, quis
sit Rex ille, qui cum fidere comparatur in hoc Oraculo. Longinquo vero
huius vaticinii sensu abesse videntur, qui stellam istam putant esse ferale lati-
tare, quale venustissimus Poeta, VIRGILIUS (Aen. X. 272 sqq.) his verbis depingit:

Non secus, ac liquida, si quando nocte Cometae

Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor:

Ille sitim morbosque ferens, mortalibus degris

Nascitur, & laetus contristat lumine caeum.

Qui ita interpretantur vocem סְכֻם, sententiae suae praefidum quaerunt in verbis illis feret duces Moabi cet. De sensu quidem horum verborum inde aptior erit dicendi locus: iam vero patris monuisse iunabit, illustrando nobilissimo Oraculo nostro parum aptas videri aniles istas de ferali fidere fabellas, quas ab Interpretibus, etiam non malis, ad locum hunc allatas mirarunt, Videamus autem, quae sit prima lepidata illius interpretationis origo. Equidem de hac nobis ita videtur. Quae debuissent ad ideam voce סְכֻם expressam referri, ea Interpretes isti perperam transtulerunt ad ideam alteram quae inest in nomine סְכֻם. Sed quis non videt contortam esse illam explicacionem, & a regulis iustae interpretationis alienissimam? Si recte, ut putamus, praecipiunt interpretandi regulae, ut apta debeant Subiecto suo adiungi Praedicta, intelliget quisque, notiones illas quas inserunt Verba עַלְמָן & קְרַב idoneas quidem esse, si Imperatorem, sicut autem, si stellam animo nostro cogitamus. Etsi ferri posset, qui de sidere quodam vti velit Verbo ferire (עַרְבָּה) tamen probari vix posset, qui diceret sidere quodam everti (קְרַבָּה) vibem aliquam vel provinciam, nedium totum hominum genus.

^{*)} Dignus est, qui ex Homero afferatur locus.

Τὸν δὲ γέρων Πειάμος πρῶτος ἴδεν ὁ Φειδαλυσοῖσι-

Παριφάνεντ^ς ως^ς μέσερ^ς, επεγγύμενον πεδίοιο,

Ος ἐκ τὸν διπλῶν εἰσιν. αἱρίζηται δὲ οἱ αὐγαὶ

Iacum illum initatus est VIRGILIUS Aen. VIII. 587—591

Haec debuerunt disputari, antequam attingeremus quaestionem illam, quis sit Rex iste, quem cum oriente sidere benigno eleganter comparari videmus in Oraculo nostro. Messiam inter & Dauidem diuisas esse interpretum sententias, iam diximus. Reliquum est, ut utramque ad examen repocemus. Initium faciamus a postrema, quae eti a multis magnopere cibumendetur, tota etiam non sit reficienda, tamen dubitationi subiur locum reginquit. Apud esse imaginem illam Dauidi, inter eius laudes plurimas nuptio etiam centurie virtus bellica, non negamus. Nolumus quoque ex historia rerum a Dauide gestarum, felici cum successu eum contra Moabitas pugnasse. Plus autem in verbis Textus nostri videtur inesse, quam omnia Dauidis tropaea nobis ob oculos ponunt. Oraculum, in quo illustrando versamus, sicut nobis heros, qui non vna aut altera vice victor discessurus sit ex bello cum Moabitibus gaudio, sed qui illos, immo omnes alios superbos hostes, si subingaturus. Hoc vero an vnguam a Dauide factum? Hoc qui dicat, erit fore neminem. Logissimo enim post Dauidis obitum tempore superfluitas fuisse Moabitas, & bellum contra illos esse continuatum, Annales Israëlitarum probant. Immo multi post Dauidis aevum Prophetae, in primis Esaias (c. XVI.) & Ieremias (c. XLVIII.) grauiissimas in moabitane gentem edixerunt comminationes. Similiter quae in hoc Capite (Num. XXIV.) Commate 18. & 19. de Idumaeis scapiro Regis supremi subiiciendi dicta sunt, non satis conuenire videntur Dauidis aetio. Viderunt etiam hoc nonnulli eorum, qui hypothesin, de qua iam loquimur, acriter defenderunt. Inter hos est Cl. VERSCHIR, qui vocem בְּנֵי קֶרְבָּלָה qui dem de Dauide, בְּנֵי יְהוָה autem de Ioanne Hircano interpretatur. Sed ne hac quidem audaciiori coniectura dubitationem videmus animo nostro exemptam. Ut paucis dicamus, nec ista nobis probatur sententia, quae Dauidem & Ioannem Hircaum coniungit, nec illa quae ad solum Dauidem omnia renocat: eti non negamus, aliquam esse in his verbis relationem ad Dauidis tempora.

Proximum est, ut de altera dicamus sententia, quae ad solum Messiam transferri illustreret hoc vaticinium. Et hanc quidem interpretationem firmiori niti fundamento, non negamus: eti mallemus istam cum priori conjungere. Nihil enim impedit, quoniam in hoc vt in multis aliis Ver. Testamenti oraculis, ea quae ad veterem Oeconomiam respiciunt, ab illis distinguamus, quae ad nouam, seu ad tempora Noi Foederis, spectant. Quod reliquum est, non videamus in alta interpretatione, quod iusta dignum sit censura. Patendum est potius, tum in ipsa Propheta oratione, tum in variis N. T. locis inesse argumenta, ex quibus probari possit, hoc vaticinum ad Messiae tempora esse referendum. Praeterea nihil quod vel persona vel munere Christi dignum esset, inuenimus in illis quae Bileamus enunciavit. Haec ut probemus, per partes ibimus. Primo in ipsa Propheta oratione quadam inesse diximus, quae suadere videantur, ut de Messia hunc locum interpretentur. Iam non

multi erimus in eo quod iam supra tetigimus, scilicet non posse satis bene ad Dauidem referri, quae de euerione moabiticae gentis hoc in loco praedita sunt. Alia habemus, quae nos mouent, ut ad Messiae tempora conformandam putemus interpretationem huius vaticinii. In ipso nimurum orationis exordio deprehendimus Commate 14. phrasim , quam de temporibus Noui Foederis frequentissimam in sermonibus Prophetarum esse norunt omnes. Addimus, inter verba illa Commatis 17. *Orietur sceptrum ex Israele*, & vaticinium Iacobi quod exstat Gen. XLIX. 10. aliquam intercedere similitudinem.^{*)} Deinde probandum fusepimus, in Nouo quoque Testamento esse argumenta quae ad confirmandam istam interpretationem commode adhiberi possint. Praecipuum putamus locum Luc. I. 78. vbi Salvator noster ἀνταπὸν ἐξ ὑψους, ut Apoc. XXII. 16. ὁ ἀπόστολος καὶ ὁ Θεός vocatur. Praeterea in Euangeliō Iohannis (c. I. 3. 5. 9. III. 19.) saepius, ut apud Esaiam (c. XLII. 6. XLIX. 6.) Dominus noster Iesu Christus comparatur cum luce; qui quidem Tropus ad eum quem in nostro Oraculo deprehendimus, proxime accedit. Ex his omnibus locis colligimus, usum loquendi Suae Grae non impidire, quo minus voeem in loco nostro interpretemur de Messia, siue vt Regem spectemus eum, siue vt Doctorem^{**)} omnium gentium. Denique probandum est, illud omne quod in hoc Bileami vaticinio legitimus, non indignum esse Christi persona aut munere. Hoc vt appareat, accuratius iam inquirendum erit in sensu verborum, quae finem Commatis decimi septimi constituant, & plurimum difficultatis habere videntur. Dicitur enim de stella ista ex Iacobo proditura, fore vt feriat duces Moabitarum & euertat omnes filios superbos. Haec & quae sequuntur Commate 18. ac 19. multis videntur alienissima esse a persona & officio Salvatoris nostri, quem non ad perdendos sed ad seruandos homines venisse obiiciunt, nec hostem generis nostri, sed sospitatorem & salutis nostraræ restituotrem se praebuisse. Quae cum rectissime videantur dici, videndum est, quomodo haec inter se conciliari possint.

Minui potest difficultas, si nobis caueamus a vitio in quod inciderunt Interpretes illi, qui nimii fuerunt in premendis verbis, & de totali intellexerunt excidio, quod modo de felici rerum mutatione explicari debuisset. In quo quidem saepius peccatum esse videmus ab Interpretibus Vet. Testamenti. Vno altero exemplo rem illustrare conabimur. Salvatorem nostrum Prophetæ passim describunt vt viatorem, cuius pedibus subiiciendi sint omnes illius hostes. Ita quoque salutari doctrinae Euangelii saepius tanta tribuitur vis cui nihil possit resistere. De subditis quoque qui sub imperio augustissimi illius Regis et omnium Domini viuant, praedictum est, fore vt in gentes a cultu huius supremi Regis abhorrentes

^{*)} Alludi quoque videtur Commate nono ad Gen. XLIX. 9.

^{**)} Ad doctorem etiam accommodari posse hanc comparationem, colligimus ex Ioh. V. 35. vbi Christus Iohannem τὸν βαπτιζόντα similem fuisse dicit λύχνῳ κατομένῳ καὶ φαινούτῳ.

rentes aliquando dominentur. Haec omnia in Christo Iesu Domino, & per hunc salutis nostrae reparatorem impleta esse satis intelligimus, si P. CX. 1. cum loco Epistole Pauli ad Hebraeos c. I. 13. alisque luculentissimis Vet. & Novi Testamenti oraculis comparamus. Avvero licet certissimum sit, Saluatorem nostrum in sacris scripturis subinde depingi sub imagine Triumphantoris, tanto viatore omnino digna: tamen cauendum est, ne iusto longius extendantur comparationis illius termini. In primis danda est opera, ne supremo huic & hominum amantissimo Regi adspurgatur vila sine morum asperitatis, sine crudelitatis macula, quod fieri posset, si tenacius inhaereremus huic imaginis, & rem iudicaremus ex moribus eorum qui triumphi gloriam interdum hoc vel illo facto quod ab humanitate alienum est, contaminant. Quodsi itaque de hoc supremo Rege, vel de eius subditis in Scriptura Sacra legimus, fore ut hostes suos subiungent, & quasi captiuos ducent, non de durissimis statim cogitandum est conditionibus, sed dummodo Orationis nexus & finis ita ferant, de aquissimis Legibus & imperio minime molesto. Ita, si Es. XIV. 2. praedicit, fore ut familia Israëlis a Babyloniorum iugo liberata & terrae sine redditu, illis a quibus antea oppressa fuerat, aliquando vitetur ut vilissimi seruis, isto quidem in loco ferri posset sensus, quem verba proxime suppeditant, scilicet Israëlis redditueros esse Babylonii, quae ab illis acceperant, nimirum עבורה הקשה vt Ibidem Comitate tertio dicitur. Si autem idem Propheta in excellentissimo illo de Ecclesiae N.T. gloria, vaticinio, Capite LX. 12. & 14. praedicit, fore ut populi Regesque omnes, qui nolint obedire se se praestare, pereant, reliqui autem cum vultu in terram demissi, humiles & incurvati accedant, quis erit adeo verborum texan, quin intelligat, Prophetam non de totali gentium a cultu Messiae alienarum exstirpatione loqui, aut de dura seruitute gentibus, quae sub tutelam Messiae Regis se recepturæ essent, imponenda? Sufficient, quae iam dicta sunt, ad eruendum verum huius vaticinii sensum, quem hunc esse putamus, fore ut ecclesia Christi dominetur non modo in Moabitas & Idumaeos, quos solos commemorat Propheta, sed in omnes gentes. Huic quidem triumpho quasi præludere visus est David, plenam autem, & quidem sine sanguine victoriam reportauit tandem Davidis filius, supremus ille totius ecclesiae Rex, cuius imperio longissime patenti subiectæ sunt omnes gentes, ad quas fama salutaris doctrinae Evangelii peruenit, quaeque hanc admittentes disciplinam sibi bene consuluerunt. Sic mitiganda esse putamus, quae duriora videntur.

Minui denique potest difficultas qua premit hunc locum, si caute explentur verba ultima Commatis nostri decimi septimi, ad quorum illustrationem pauca tantum addimus. Solet quidem עבורה קשא בְּנֵי יִשְׂרָאֵל plerumque de extrematis seu ultimis terminis terrae moabiticas exponi, videtur autem עבורה קשא praeter notissimam illam et in Codice frequentissimam significationem anguli vel extremitatis, aliquam sensus affinitatem habuisse cum עבורה dux. Ita quidem Onkelos

()

kelofus

kelosus vertit, רְבָרְבִי, ut LXX. *ἀρχαγγελος*, Vulg. *Duces*. Ad ultima denique verba quod attinet כָּרְכַּרְכֵל בְּנֵי שָׁתָה maxima difficultas est in phrasι, quam variis modis sollicitarunt Interpretes. Non probanda est eorum sententia, qui *filios Sethi* omnes esse dicunt homines. Si vel maxime concederemus, Sethi filios posse vocari homines, eodem sensu quo vocantur Adami filii, tamen finis orationis repugnat; siquidem non de omnibus hominibus, sed modo de hostibus ecclesiae sermo est. Recensendis aliis opinionibus, cum vela nunc contrahenda sint, non immorabitur. Rationem modo dabimus, cur כָּרְכַּרְכֵל interpretati sumus de *filii superbis*, cum non sit, quantum sciamus, qui hanc praecluerit explicandi viam. Putamus levissima unius puncti diacritici mutatione consuli posse huic voci. Legimus enim non כָּרְכַּרְכֵל, sed כָּרְכַּשׁ, quod contractum est ex כָּרְכַּשׁ *) Dicitur autem tum de eminentia & dignitate, tum sensu malo de elatione & fastu. Generalior illo *filiorum superborum* nomine comprehendi putamus omnes reliquos ecclesias hostes praeter Moabitas & Idumaeos, quos solos Propheta nominauerat.

Vos vero *Humanissimi Cives*, summo illi Regi Vos totos consecrate. Memineritis, quanta in humani generis felicitatem fecerit, & quot amoris sui in nos omnes exstare voluerit documenta. Ne recusat illi obedientiam, nec detrectet ferre iugum eius, quod non molestum, sed suave, immo leue est omnibus qui labenti animo illud in se suscipiunt. Vitimini sacris, qui instant diebus, in aeternam salutem Vestram. Fugite omnia quae impedit in Vobis, vel minuere possint sensum amoris, quem probauit Iesu Christi, cum pro nobis homo fieret. Ne videamini mutui amoris omnem exuisse sensum. Id potius agite, quod decet gratos. Commendatum Vobis habeatis, quod Ioh. I. 12. legimus, Ὡσὶ ἔλαβον αὐτὸν, ἐδοκεν αὐτοῖς ἐζωτερά τέκνα Θεοῦ γενέσθαι. O vos felices, si per Iesum Christum vnicum salutis nostrae fontem & auctorem, Deo Patri studeatis cari esse & probati! In hoc elaboratis. Haec sit votorum Vestrorum summa. P. P. in Academia Fridericana, d. xxiv. Decembr. A. R. S. circlo ec LXXVI.



¶ סְדָקָד בְּנֵי שְׂאָן ¶
Haud male, si emendatione opus esset.

**) Formam illam contractam obseruamus etiam in libro Iobi c. XLII. 17. in voce שְׂאָן pro שְׂאָן, ut plene legitur in eodem libro c. XIII. 11. XXXI. 23. & Pl. LXII. 5.

Fe 4194

ULB Halle
002 623 889

3



SB - 12

Retrov





33
a

ACADEMIAE FRIDERICIANAE
PRORECTOR
CAROLVS FRIDERICVS PAVLI
IVRIS AC PHILOSOPHIAE DOCTOR,
PHIL. ET HISTORIARVM PROFESSOR P. O.
ALVMNORVMQVE HALBERSTADIENSIVM EPHORVS

C V M
D I R E C T O R E
E T
S E N A T V A C A D E M I C O
S O L L E M N I T A T E M
D I E I N A T A L I S
DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI
RELIGIOSE CELEBRANDI
ACADEMIAE CIVIBVS
I N D I C I T.

Praemittitur commentatio de stella ex Iacobo oriunda, ad
Numer. XXIII, 17.

HALAE,
TYPIS HENDELIANIS.